



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm  
Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis comprehensae  
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris  
Baronii Chronogiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

SS. Leontij & socrorum martyrum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

Monasteriū  
construit.  
quām præsum & precibus & auctoritate sfe-  
xus monasterium eodem in loco sanè egregium  
construxit, in quo in hunc usque diem prisorum  
patrum Pauli & Antonij instituta inconuilla ser-  
uantur.

Signo crucis  
eaco reddit  
Car. Venit autem ei obuiam immensa turba lan-  
guentium; è quibus parvulus unus à natuitate  
cæcus Crucis signo per eum lumen recepit. Tan-  
tis autem & tam egregijs vbique fulsit miracu-  
lis, ut ijs iudicium superba potestas permota vin-  
clos omnes, eo rogante, relaxarit. Fertur quo-

Excitat vita que vita functum vir sanctus precibus ad vitam  
functum.  
Is. S. Leobi- reuocasse, quemadmodum Sanctus Leobinus  
nus floruit Carnotensis antistes se ab ipso fratre, cui tan-  
anno Chri- tum beneficium collatum fuerat, didicisse testa-  
tis ssc.

Tandem multis admodum virtutibus clarus vir  
beatus certaminis sui finem obtinuit & spiritu ad  
cælos abeunte, corpus Aniano coniunctum fuit,  
quorum virtutibus vrbs Aurelianorum circumse-  
pta seruatur in medio. Porro Childebertus Re-  
inlytus Francorum princeps postquam illustris  
Hispanis victoria potitus solpes & triumphans  
regnum rediit, insignem viro sancto ædem exhi-  
xit, vbi assiduis miraculis virtutum gesta clare-  
scunt.

MARTYRIVM S. LEONTII ET SO-  
CIORVM, ex ea, quæ est per Cyrum scribam. Extatim  
Metaphrase.

18. Junij.

**Q**uo tempore Vespasianus Romanum tenebat  
Imperiū, Adrianus vir Senator ordinis, au-

flate  
diosc  
carni  
audif  
nis op  
gere,  
bunu  
guine  
verò  
pinqu  
dibili  
xilio  
missio  
extrem  
idolol  
te poti  
fierer  
Hanc v  
tibus, p  
lio fe m  
gnoscer  
procinn  
tratus  
Igitu  
contene  
culis all  
flusilli  
quæsiu  
eifer. Tu  
nimus v  
militari  
cultoren  
et, hono

mo crudeli & valde immani ab Imperatore pote- Adrianus  
Senatus se-  
uissimus.  
statem petijt vt quoslibet Christiani nominis stu-  
diosos supplicijs subijcere & pro sua libidine ex-  
carnificare posset. Itaque ea potestate obtēta, cūm  
audisset in vrbe Tripoli virum Christi fanæ religio-  
nis opinione præstans <sup>ad</sup>antissimū Leontium nomine de-  
gere, hilaritate non mediocri affectus suum eō tri-  
bunum cum manu militum destinavit; vt eius fan-  
guine fauces suas audiē strientes ineibriaret. Cūm  
verò tribunus militū caterua stipatus vrbi appro-  
pinquaret, repentina febre correptus triduo incre-  
dibili ardore æstuavit: adeò vt miser humano au-  
xilio destitutus deorum suorum opem sine inter-  
missione implorare cogoretur. Nocle autem vna Angelus ap-  
paret tribu-  
no idolo lat-  
ere.  
extremis angustijs oppresso, ecce Angelus Domini  
idololatra astar, monerique vt si vellet optata salu-  
te potiri, Leontij Deo supplex cum militibus suis  
ficeret: & ab eo sanitatem minime dubiā expeteret.  
Hanc visionem vt audiuit Theodulus, unus è mili-  
tibus, plus cæteris obstupuit & ieinuio ac peruigil-  
lio se maceras sollicitè visionis illius rationem co-  
gnoscere studuit. Interim tribunus visioni parens  
protinus à febre liberatus, cælestique lumine illu-  
stratus idolorum vanitatem execrari cœpit.

Igitur recuperata valetudine fessius ad vrbum  
contenderunt, vt venienti Adriano Leontium vine-  
culis alligatum fisterent. Accidit autem vt vir san-  
ctus illis obuius fieret, comiterque salutans omnes,  
quaesuit quæ causa aduentus ac raptae festinationis  
esset. Tum illi: Missi, inquiunt, ab Adriano huc ve-  
nimus vt Leontium quedam virum primarium &  
militaris virtutis gloria insignem, & deorū etiam  
cultorem eximium, inquiramus: eumque, quo par-  
tibz honore Vespasiano Imperatori solumus. Qui-

Lij 5 bus

874 MARTYRIVM S. LEONTII  
bus Leontius: Quandoquidem, inquit, vos videam peregrinos & huius regionis ignaros, adeste, ego vobis Leontium exhibebo, non quidem ut vos existimatis deorum amicum sed Christi Iesu fidem seruum. His auditis illi dubitare & secreta secum consilia inire coeperunt quid factio opus esset. Tandem singulari Leontij humanitate inuitati alacres eum secuti sunt.

Vt autem domum peruentum fuit, rebusque necessarijs corpora refecerunt, tribunus & Theodus vrgere coeperunt ut quamprimum Leontium eis indicaret: ne apud praesidem breui affuturum Leontius malam gratiam inirent. Tum Christi martyr hilaprodit sese. ri fronte: Ego, inquit, sum Leontius ille quem vos queritis: ego sum ille Christi miles: ego sum, quem Tribunus & Adrianus per vos insequitur. Tribunus & Theo-Theodus dulus his auditis ingenti stupore perculsi in facies credunt, & baptizantur se prostrauerunt, & sceleris sui veniam postulanmirabiliter. tes dixerunt: Serue Dei altissimi, libera nos ab idolorum foeditate, & nos tecum pariter Christo associ. Tum verò Leontius præ gaudio lachrymas fundens, humi stratus prolixa admodum oratione Christi numen illis propitiauit: adeò ut stupendo planè miraculo nubes aquæ cœlitus dilapsa eos perfunderet & à veteris vita delictis mirabiliter expiaret.

Eo miraculo Græcorum multitudo permota tumultus ciere, Leontium magica arte imbutum clamare, minas iactare ac mortem denique intencare coepit. Dum hæc fiunt & ciuitas ingenti seditione Sancti Mar-commota deorum iniuriam vindicare parat, Adri-tyres mittū-anus adueniens totus furore accensus tres Christi tur in carcere-athletas in carcerem abduci: & manè primo dilu-rem. Leontius verculo Leontium verberibus contundi iussit. At ille exatur.

cum verberaretur, erectis in cælum oculis: Tunc, inquit, Adriane putas cruciatum mihi adferre, qui te ipsum crucias?

Hanc inter supplicia vocem cum accipisset Praeses, cerneretque animi eius fortitudinem maiorem, quam ut leuibus adeo tormentis superari posset, iussit illum in carcerem recipi: De tribunum ac Theodulum carnificinæ adhiberi. Et quidem tri-  
Tribanus laceratur, &  
Theodulus cæditur.  
bus è ligno suspensus vncio laceratus fuit: The-  
odulus vero in terram prostratus verberibus atro-  
citer cæsus: Qui in medijs tormentis nullam aliam  
præter hanc vocem ediderunt: Salua nos Domine,  
quoniam defecit sanctus. Adrianus verò eum ani-  
mos eorum in Christi confessione stabiles cerne-  
ret, capitum in eos sententiam tulit: quam sancti Capite ples-  
Martyres magno cum gaudio psalmi illius versi-  
culum canentes: Tu es protector noster Domine,  
exceperunt.

Post hæc iterum adductus Leontius, à quatu-  
or carnificibus humili stratus atrocissimè cæsus est, S. Leontius  
Inde in ligno suspensus hinc inde dirè laceratus: dirè torqu-  
tur, proorsus ut latera & crura carnibus nudata horren-  
dum astantibus spectaculum exhiberent. Adri-  
anus cum tam iniuncti animi fortitudinem sat is mi-  
tari non posset è ligno solutum deponi iussit, di-  
cens: Videte quanta dij nostri hominem istum be-  
nevolentia prosequuntur, dum eleuatis ad cælum  
oculis numen eorum precatur. Ad hæc Leontius:  
Per castum cum dijs tuis hominum omnium infœli-  
cissime. Ego enim Deum meum precor qui mihi  
robur ac vires largitur, quo tormenta tua sustine-  
re possim.

Adrianus & martyris constantia inflamatus, ius-  
titum deuoluto in terrâ capite è pedibus suspedi, plitij ge-  
& immane.

376 MARTYRIVM S. LEONTII.  
& ingenti saxo ceruici alligato vehementer cruciari. At Sanctus generoso & forti animo cruciatus perferens intentis cælo luminibus Deum precabatur vt eadem virtute & constantia cum tribuno & Theodulo victoriam de hoste obtinere posset. Porro Adrianus cùm omnes furoris sui conatus ab invicto athleta irrideri cerneret, iterū illum in carcerem abripi mandauit, ubi Angelica visitatione martyr consolari meruit. In sequenti vero luce denuò productus primò ingentibus promissis à Preside oppugnatus est, vt dijs aliquem honorem tribueret. Cumq[ue] illis Adriani sermonibus per summum cōtemptrum ne aures quidem præbere veler, diceretque ne totius quidem mundi opes & honores rati esse vt vlla ex parte cum cælesti gloria conferendi essent: Præses incredibili furore agitatus hanc in eum sententiam tulit: Leontium deorum contemptorē iubens è quatuor vœtibus suspensum tam diu plagis vörperibusque fatigari donec animam tradat.

Inter verba  
ea reddit spī  
titam...  
Cum igitur sanctus Martyr diutius cæderetur, vulneribus ac plagis toto corpore cōfusus tandem beatum Deo Creatori suo spiritum tradidit. Corpus eius in ipsius Tripolis portu sepultum omnibus Christi fidelibus insigne virtutis monumētum reliquit.

Hæc Commentaria beati Martyris Leontij Cyrus scriba in tabulis plumbeis exarata apud sancti Martyris monumentum deposita: vt ex ijs posteri gloriosi triumphi exemplum caperent.

Vitam SS. Geruasii & Protasij habet lector 28. Aprilis  
Item Vrsini & Vitalis.